



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

112. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

74 R E G I N O N I S L I B. I.
prodesse debent. simul tamen & pœnitentiæ & reconciliationis beneficium consequantur. [*Mendosa est lectio istius capituli apud Reginonem. Legendum itaque poscebant, sub præsentia sacerdotis significare non valeant &c.*]

De eadem re. *Ex Concilio Carthaginensi.*

Concil. Carthag. 4. c. 78.
Burchard. lib. 18. c. 23.

CXII. Pœnitentes qui in infirmitate viaticum eucharistiæ acceperint, non se credant absolutos sine manus impositione, si supervixerint.

De eadem re. *Ex epistola Siricij Papæ.*

Decreta Siricij c. 5.
Burchard. lib. 18. c. 8.
* *Cod. M. S. communicationis*

CXIII. Quicumque carnali fragilitate ceciderunt, his viatico munere, cum ad Dominum cœperint proficisci, per * communionis gratiam volumus subvenire.

De pœnitentibus subito mortuis. *Ex Concilio Vasensi cap. LXV.*

Concil. Vas. 1. c. 2.
Burchard. lib. 18. c. 24.

CXIV. Eorum qui in pœnitentia accepta in bonæ vitæ cursu sine communiōe subito moriuntur oblationem recipiendam, & eorum funera ac deinceps memoriam ecclesiastico affectu prosequendam.

De communiōe privatis qui vita defuncti sunt. *Ex epistola Leonis Papæ.*

Decreta Leonis 1. c. 20.
Burchard lib. 11. c. 52.
* *Leg. non diff.*

CXV. Horum causa Dei iudicio reservanda est, in cuius manu fuit ut talium obitus usque ad communionis remedium * differretur. Nos autem quibus viventibus non communicavimus, mortuis communicare non possumus.